





DISPUTATIO JURIDICA
DE
ACTIONIBUS
IN GENERE.

1624

2/1

Quam
Consensu Magnifici Dn. Ordiniarii, Amplissimi Domini Senioris & reliquorum Doctorum in Inclyta ICTORUM Facultate Lipsiensi,


SUB PRÆSIDIO

Dn. WILHELMI SCHMUCCII
U. J. D. & Professor, Pandectarum ibidem,

Habiturus est

FRIDERICUS TÜNTZELIUS
LIPSIENSIS.

In Petrino Collegio die 16. April. horis matutinis,



Lipsiæ Typis GEORGI LIGERI.

ANNO M. DC. XXIV.

27.

DE IURIS

ACTIOIBUS

IN GENERE

LIB. I.

Consuetudinis Martini D. Ordini

nam Anthonio Dominio senioris & junioris

Becken in factis & rationibus

sub sigillo

sub sigillo

Dr. Wilhelm Schmuclli

Dr. J. P. Professor & Doctor in iuris

FRIDERICUS SCHMUELLIUS

Dr. J. P. Professor & Doctor in iuris

Typis Typographi Literarum

anno MDCXXIX

5





DE ACTIONIBUS

IN GENERE.

THESIS I.

Non solum obligatio (a) sed & dominium (b) & possessio (c) sunt actionum mater. (d)

(a) Voce obligationis amplivagante & innuimus eas, quæ sunt ex Contractu vel quasi Contractu, & quæ vel ex Delicto vel quasi Delicto, juxta t. t. Inst. de Oblig. l. 1. in pr. l. actionum 25. §. actionum autem 1. l. obligamur 52. in pr. & §. seqq. ff. de obl. & act. junctâ l. omnem 20. ff. de judic. Nam & qui delinquit, ut maxime obligatus esse nolit, jus tamen illum vincit, & pœnam ipsi dicitur, l. obligamur 52. §. lege 5. ff. d. obl. & Act. & ad alia pro modo delicti levioris aut gravioris delinquentem condemnat. Reipubl. enim interest ne illa maneant impunita l. congruit. 13. in pr. ff. de offic. Præs. & t. t. ff. & C. de pœnis. Interim tamen semper advertendum est judici quo animo delictum aut crimen quis designaverit, utrum consulto an casu l. absentem 5. §. fin. ff. de pœn. an vero impetu l. perspicendum ij. §. delinquitur 2. ff. cod. tit. Hæc enim distinctio in omnibus criminibus pœnam aut justam eligere debet, aut temperamentum admittere d. l. 5. §. fin. Sicut igitur in obligationibus ex Contractu semper animus contrahentium inspiciendus est. l. obligationum 3. §. non satis 1. ff. de Obl. & Act. Ita tenendum & in delictis dd. ll. maleficia enim voluntas & propositum delin.

delinquentis distinguit, ut alibi scriptum extat in l. qui in iuriae
53. in pr. ff. de furtis. l. rerum est 39. ff. eod.

(b) Dominium enim & ejus causa suppeditant actiones
in rem sicut obligatio actiones in personam d. l. actionum 25. in
pr. ff. d. obl. & Act. §. omnium 1. Inst. d. Act. quarum illae
vocantur vindicationes, haec vero condictiones §. appellamus 15.
Inst. de Act. Illis rem nostram, hisce rem nobis debitam, qua no-
stra nondum est, persequimur d. l. obligationum 3. in pr. ff. de
Obl. & Act. qua de re mox plura.

(c) Extorsit enim Praetori possessionis emolumentum tot
interdicta juri Civili prorsus incognita, ut illis totum librum 43.
Digestorum repletum videas; Cum enim possessio fructuum per-
ceptionem praebeat §. si quis à non domino 35. Inst. d. Rer. Div.
l. qui scit. 25. §. 1. ff. de Usur. & ab onere probandi simul etiam
relevet l. is qui destinav. 24. ff. de Rei vindic. nemo non mavult
possessor esse & proprietatis quaestionem alteri ventilandam &
executiendam relinquere d. l. 24. quare & ad adipiscendam & re-
tinendam & recuperandam possessionem admodum proficua in-
terdicta concepta sunt à Praetore, ut omnibus casibus succurrat
qui circa possessiones inter cives emergere possunt §. adipiscen-
dae 3. cum trib. seqq. Inst. de Interdict.

(d) Ita loqui placet cum Accursio in §. omnium 1. Inst. de
Act. pariunt enim haec tres causa actiones non secus ac mater sobo-
lem; hinc dicitur nasci actio l. indigent. 7. §. quin imò 5. ff. de
Pact. & actio filia Obligationis est Zas. in l. actionum 25. n. 1.
ff. d. Obl. & Act. per l. licet 42. §. ea obligatio 2. ff. d. procurat.

II.

Definitur Actio (a) jus (b) persequendi (c) in
judicio (d) quod sibi debetur, (e)

(a) Est objectum juris tertium l. 1 ff. d. stat. hom. §. fin.
Inst. d. l. N. G. & C. dicta ab agendo, id est, persequendo non
ubiq.

ubiq̄, quod sibi debetur, sed in iudicio : dantur enim & actio-
nes extra iudicium, sed illa nomen hoc amittunt & vel facta,
vel negotia, vel contractus, vel gesta, vel etiam delicta dicun-
tur ut est in l. Labeo 19. ff. d. V. S. juncto §. jurisprudentia
1. Inst. d. Inst. & Jur. l. 10. §. 1. ff. eod. Differt & ab actu: ac-
tus enim est ipsa ^{ἐνέργεια} negotii cujuscunq̄, vel facti, Unde in d.
l. Labeo 19. generale verbum esse dicitur, sive verbis sive re
quid agatur. Sic omni contractui actus inest, etiam contractui ex
consensu. Nec obstat d. l. 19. vers. contractum autem, &c. Nam
ibi à potiori fit denominatio ad exprimendam vim ac facultatem
Contractuum ex consensu proficiscentium Emptionis, Locationis,
Societatis, propter mutuam utriusq̄ contrahentium obligatio-
nem, quæ in illis aperta est; in ceteris vero qui eos imitantur ab-
scondita magis & abstrusa, ceu sunt mandatum, Commodatum,
Depositum & Pignus, &c. Hinc & in l. mutuuum 2. §. fin. ff. de
Reb. cred. verbis quoq̄, *ICTus inquit, credimus, quodam actu*
ad obligationem comparandam interposito, veluti stipulatione.
Hinc etiam illud est, quod passim in legibus inculcatur, inspici-
endum nimirum esse quod actum est. l. obligationum 3. §. non
satis 1. ff. de Oblig. & Act. l. semper. 34. ff. de R. Jur. Porro
Actionis vox in hac subjecta materia non caret Synonymis : Est
enim ubi *Dictio Iudicij pro actione usurpata reperitur §. fuerat*
29. cum seqq. Inst. d. Act. l. furti 6. §. fin. ff. de his qui noc.
in fin. l. in tribus 13. cum l. seq. l. si longius 19. §. 1. l. ubi ac-
ceptum 30. l. in omnibus 41. & t. t. ff. de judic. l. sed mihi 3.
§. in hac actione 2. ff. commod. Sicut & litis vocabulum eun-
dem significatum præ se fert, in l. lis nulla 4. ff. de jud. quod usq̄
adeo indubitatum esse novimus ut litis nomen omnem actionem
significare ICTus affirmet, in l. litis 36. ff. d. V. S. l. pater 6. ff.
de Collat. dat. In vernacula respondet verbum Klage/Klagen/
quod justa nobis sit conquerendi causa de adversario, qui, quod
nobis debet, bona pace non vult reddere, sed non nisi invitus &

coactus per sententiam, arg. l. inter stipulationes 83. §. si sti-
chum 1. ff. de verbor. oblig. Videat autem ut certus sit de eo
quod in actionem proponere paratus est, rem diligenter exploret
& tunc ad agendum procedat l. qui in alterius 42 in fin. ff. d. R.
Jur. Unde natum est apud priscos Saxones illud tritum: Wer
Klagen wil der Klage fest/ ne pro temere litigante habitus pœ-
nam istius temeritatis postmodum luat t. t. Inst. d. pœn. temere
lit. g. cum in ipsius fuerit potestate, num experiri nec ne vellet
d. l. qui in alterius 42.

(b) Hic nostri prolixi sunt in explicando genere actionis,
sunt qui jus hoc loco interpretantur pro actionum formulis, quas
in foro Romanorum antiquissimo dabant Praetores, ijsq; mite-
bant litigantes ad cognitores sive iudices pedaneos, sic sentit
Cujac. in pr. Inst. d. Action. Hotoman. ibid. & hos secutus
Ægidius Hortens. in suo Comment. ad Inst. ibid. Sed vereor
ne formulis illis extinctis, jam extinctum sit in actionis definitio-
ne genus, & post Constantinum Imperatorem, qui per omnia de-
levit illas formulas t. t. C. d. formul. & impetrat. sublat. actio
male definiatur jus persequendi, quod tamen est absurdum; si-
quidem Justinianus Imper. qui amplius ducentis annis post Con-
stantinum Magnum summa rerum in Imperio Romano potius
est, retinuit hoc genus in definitione Actionis ut apparet, in pr.
Inst. d. Act. & in l. nihil aliud 51. ff. de Obl. & Act. aut igitur
genus per formulas agendi antiquas male interpretantur; aut
genus novum actioni quarendum est: Non hoc; quia actio &
hodie quoq; jus est, teste Justiniano summo Imper. ut modo dixi-
mus; illud igitur, & per consequ. Cujacij & aliorum interpreta-
tionem recte missam hoc loco facimus. Sed ne incidamus in Scyl-
lam vitaturi Charybdim poterat huic sententia rursus impedi-
mento esse, quod jus pertineat ad objectum rerum t. t. Inst. de
Reb. Corp. & Incorp. non igitur hoc potest genus tertii obje-
cti citra confusionis periculum & crimen τῆς μεταβάσεως ἢ ἀπὸ
τέν

Obj.

¶ *commodè statui. Nam si jus est actio, sequitur illud annu-*
merari oportere vel universali vel singulari; At qui neutri con-
venit; genus igitur hoc respuit actio. Non est universale, quia
non hereditas, non universitas, non fideicommissum univer-
sale, multò minus igitur singulare, quia nec servitus, nec obliga-
tio, nec quicquam horum simile. Sunt hæc scrupulositates nul-
lius ponderis & legibus per quàm inimicæ arg. §. fin. Inst. d. Le-
gat. quibus ne indulgeamus & implicemur tricis ejusmodi nunci-
arridet candida simplicitas §. cæterum 3. Inst. de legitim. agnat.
success. statuentium, definitiones in jure nobis pro legibus esse de-
bere arg. §. sed & quod 6. Inst. d. I. N. G. & Civ. earumq; im-
pugnationem, citra sacrilegii crimen fieri non posse, Gōden. in
præfat. sui process. judic. Esto igitur ad jurium classem qua
de Rebus est accommodari non posse genus nostrum; An propterea
jus non erit actio. Imò dantur plures alie juris acceptiones ap-
probatissimæ, ut est in l. pen. & l. ult. ff. d. just & Jur. quidni-
& ea, qua definitur actio? Et hoc tanto magis, quo magis vox juris
vim ac potestatem facultatemq; alicujus faciendi expediendiq;
sæpius in legibus nostris exprimit. Sic tutela vis est & po-
testas ad tuendum pupillum §. 1. Inst. de tutel. l. 1. in pr. ff. d.
tutel. Unde, sive jus & potestas sive vis & potestas legas, pe-
rinde est: hæc enim hoc in significatu se se invicem habent
ut vocat. Sic patria potestas est jus vel vis & potestas. t. t. Inst. d.
Patr. potest. Sic jurisdictio est potestas vel jus statuendi & sta-
tuti exequendi, arg. l. 1. l. 3. ff. de jur. sd. ct. l. 1. §. 1. ff. quod quis-
que jur. Sic potestas dominica in servos modo potestas modo jus
appellatur in §. fin. Inst. de his qui sui vel alien. jur. l. f. lent
6. ff. d. offic. Procons. junctâ l. potestatis 215. ff. de V. S. Sic
jus testandi est jus potestasq; l. 1. in pr. ff. ad L. Falcid. Sic igi-
tur ut in rem præsentem veniamus actio rectissimè definitur jus,
vis, potestas (utrumcunq; generis loco ponas non errabis) perse-
quendi, & c. dd. ll. (c) Verbum

Rp.

(c) Verbum est apprimè adequatum suo definito, comprehendit enim omnis generis persequendi modos, quicunq; actionis nomine excogitati sunt, sive (ut olim distinguebant) ordinaria actione, sive extra ordinem fieret in iudicio rei ad me pertinentis persecutio: quicquid enim petimus vel postulamus vel imploramus nostro aut alieno nomine, rectè dicimur persequi, imprimis postquam omnia iudicia apud Romanos facta sunt extra ordinaria §. final. Inst. de Interdict. juncta l. nih lal ud 51. ff. de Obl. & Act. & l. pecuniæ 178. §. actionis 2. ff. d. V. S.

(d) Excluduntur hac voce omnes alij actus quibus nostrum consequimur à debitoribus nostris extra iudicium; & quod magis est tentanda sunt prius omnis generis media quam ad iudicium veniatur. Cum actiones dentur solummodo in subsidium & ubi deficiunt compositiones amicabile, arg. l. 1. in prin. ff. d. Edent. Unde etiam nunc fit ut in benè constitutis Curis inter litigaturos imprimis laboretur de causa bonis conditionibus transigenda, & tandem postquam componi nequeunt aperiatur illis via certaminis iudiciarii, & ordinentur processus. Quamvis etiam in media lite audiendi sint litigantes, si ante rem iudicatam is cum quo actum est, satisfaciat auctori spontè, cum ut vulgò olim dicebatur omnia iudicia sint absolutoria §. fin. Inst. de perpet. & temporal. act. nec vituperanda sit ejus verecunda cogitatio, qui lites magis magisq; execratur, l. item si res 4. §. item q; fieri 1. ff. de alien. jud. mut. Cum verecundia non raro perinde pulsari, & adstringi soleamus atq; obligatione, arg. l. pecuniæ 8. in fin. ff. d. aliment. legat. Iniquissimum enim foret, aut iudicio distringi aut ad inficiationem compelli eum qui sine iudice dare paratus est l. ex iudicatum 26. ff. judic. Solvi. l. si reus 63. ff. d. procurat. l. si debitori 21. ff. d. judic.

(e) Accursius & qui eum sequuntur Hotom. lib 3. obs. 17. & Giphon. ad l. nihil aliud 51. ff. de Obl. & Act. in Lecturis Aitorphinis verbum Debetur in hac definitione nimis angustè

gustè accipiunt, quasi definitio tantum complectatur actiones eas,
quæ ex obligationibus proficiscuntur exclusis quæ jure domini
competunt juxta l. creditores 10. cum duabus seqq. ff. de V. S.
quare existimant aliquid addendum esse definitioni illi quod &
alteram actionum classem exprimat, ut legatur quod sibi de-
betur suumve sit; Nam nomen Suum, Meum, Tuum, Nostrum,
Vestrum domini causam & hinc manantes actiones seu petiti-
ones præ se ferunt, l. non ut ex pluribus 195. ff. d. R. l. l. obli-
gationum 3. in pr. ff. d. Obl. & Act. l. argumento 25. §. si
quis 6. ff. de aur. & arg. leg. l. Quintus Mucius 27. §. argent.
2. l. scribit. 34. in pr. ff. eod. t. Sed hoc emblemate opus minimè
est, cum verbum Deberi in jure nostro utramq; causam sæpius
indiget, textus in l. circa 66. §. 1. ff. ad L. Falcid. ubi de Le-
gatis & mortis causa donationib. sic à JCTO Ulpiano scribitur,
quod debeantur: jam verò legatum jure domini peti posse,
nullum est dubium, siquidem quæ legantur, ut ait Neratius
JCTUS in l. à Titio 64. in fin. ff. d. Furt. recta via ab eo qui le-
gavit, ad eum, cui legata sunt, transeunt, nec non earundem
dominia l. legatum 80. ff. de Legat. 2. unde & rei vindicati-
one petuntur, si hæres ea præstare cesset. §. sed olim 2. in fin. Inst.
de Legat. Quia placuit verbum Debit omnem omnino actio-
nem comprehendere sive Civilem sive honorariam, l. pecuniæ
178. §. 3. ff. d. V. S. at qui verò rei vindicatio est civilis actio,
§. omnium 1. juncto §. sed istæ quidem 3. in pr. Inst. de Act.
l. 1. & t. t. ff. de Rei vind. l. 2. §. deinde ex his 6. ff. de orig. jur.
Ergo sub voce debuit sive debetur recte comprehenditur. Acce-
dit 3. quod in tit. de Actionib. Inst. Justinianus Imp. defini-
tioni huic nostre statim substernit divisionem in d. §. omnium
1. quod alia sit in personam alia in rem, eandem igitur definire
voluit, quam mox divisit, postulante sic subjecta materia & or-
dine docendi, cujus in Institutis Justinianus fuit observan-
tissimus.

B

Divi-

III.

Dividitur actio primò à causa efficiente (a) in Civilem (b) & Prætoriam (c) sive Honorariam.

(a) Apud Justinianum sanè in Instit. tit. de Act. §. sed istæ quidem 3. & ACTUM Ulpianum in l. actionum 25. §. fin. ff. de Oblig. & Act. hac divisio posteriori loco ponitur, eò quod nobilior videtur & præstantior quæ in rem est & in personam, & propterea primas habet; sed placet nobis hoc loco juxta causarum ordinem divisiones actionum non quidem omnes, sed præcipuas, quibus reliquæ innituntur videre; quarum causarum cum princeps sit efficiens in juris prudentia cum primis ubi omnia ex jure & ejus fontibus arcesimus; non existimo, nobis vitio versum iri, si eandem quoq; retineamus in actionum dividendarum ordine primam.

(b) Actio Civilis ea est quæ ex jure Civili originem suam trahit, sive ut Justinianus in §. sed istæ quidem 3. l. ff. de Act. ait. quæ ex legitimis & civilibus causis descendit. Jus autem Civile hoc loco in strictiori significato accipitur, quatenus nimirum prætorium excludit, & tantum continet meri juris Civilis species, cujusmodi sunt Leges, Plebiscita, Senatusconsulta, Decreta sive Constitutiones Principum, & Responsa prudentum l. ius autem 7. in pr. ff. d. Inst. & Jur. Ideo autem excluditur jus Prætorium ab hac juris Civilis acceptione, quia Edicta Prætorum, quæ & jus Honorarium dicuntur, sæpè opponuntur juri Civili, quoties Prætores Romani quod juri Civili deesse deprehendebant, suis Edictis supplerunt, sæpè etiam illius rigorem & austeritatem equitate sua & humanitate correxerunt, d. l. ius Civile 7. §. jus Prætorium 1. ff. d. t. unde patet Civiles actiones esse eas, quæ ex mero jure Civili fluxerunt, juxta species enarratas, ut quedam sint ex Legibus XII. Tab. in quarum numero inter alias est actio sive accusatio suspecti vel de suspecto tutere

tutore removendo in pr. Inst. de susp. tit. l. 1. §. sciendum 2.
ff. eod. t. Actio de vindicandis injuriis, pœna talionis §. pœna
autem 7. Inst. de Injur. Gell. lib. 20. cap. 1. actio contra prodi-
gum l. 1. in pr. ff. d. Curator. furios. & alia, &c. Quedam
ex plebiscitis, qualis est de damno illato vindicando & hodie ex
lege Aquilia actio dicitur t. t. ff. C. de Inst. & L. Aquil. Ple-
biscita enim L. Hortensia non minus valere quam leges cœpe-
runt, hoc est, in legum numerum redacta sunt earumq; auctori-
tatem nacta, §. lex est. 4. in fin. Inst. de l. N. G. & C. Quod
autem, ut hoc obiter adspargam, Lex Aquilia non Aquilium Gal-
lum, qui tempore Ciceronis, cum oraret pro Quintio, Praturam
obtinebat, sed antiquissimum aliquem Tribunum plebis autorem
agnoscat; id equidem liquido liquet ex l. 1. §. 1. ff. ad L. Aquil.
& §. at nec plurimi 15. in fin. Inst. eod. tit. Quedam ex Sena-
tusconsultis, ut actio petenda hereditatis fideicommissaria, vel
portionis Trebellianica ex Scto Trebelliano, t. t. Inst. de fidei-
comm. hæredii. & t. t. ff. & C. Scto Trebell. actio ex Scto
Vellejano si mulier intercedendo lesa fuerit, t. t. ff. & C. ad
Sctum Vellejanum, &c. Quedam ex principum, i. e. Imp. Ro-
manorum Constitutionibus, cujusmodi est actio illa præ cæteris no-
bilissima de eo quod ex promissione donatum alteri, nec dum tra-
ditum est, petendo, §. alia autem 2. Inst. de donat. l. si quis
argentum 35. C. eod. t. & quæcumq; Condiçiones alia plures
quæ ex Constitutionibus Imperatoriis natae sunt & uno verbo ex
lege Condiçiones appellantur t. t. ff. & C. de Condiçt. ex leg.
Quibus hodie rectissimè annumeramus actionem ex privilegio
quod vel Imperator vel quilibet alius Princeps Imperii conce-
dere solet typographis vel Bibliopolis, ne quis alius absq; permissu
eorum sua opera ab authoribus maximi cœmpta typis excudat
vel distrabat: Item in terris Saxonis actio de petenda Gerada,
deq; rebus Expeditoriis. Quedam deniq; manarunt actiones ex
responsis Prudentum l. 2. §. his legib. 5. ff. de Orig. Jur. quibus

si accenseas CondiCTIONem indebiti, mea quidem opinione non er-
rabis, siquidem, ut rectè Cujacius sentit, quia nec lege nec Sena-
tus Consulto, nec Edicto Pratorum, nec constitutione Principis
introducTA est, Consequitur, quod interpretatio Jurisconsulto-
rum ex equo & bono ipsi causam prabuerit, ad l. hæc condicTio
66. ff. de CondiCT. indeb. in Comment. postim. ad Papin.
idq; verba illius legis 66. non obscure innuunt. Porro Civiles
actiones locum sibi vindicant maxime, tum in dominiy acqui-
rendi modis sive ex informatione tales sint, ut Usucapio, in pr.
Inst. de Usucap. Donatio, successio hereditatis ex testamento
vel ab intestato §. fin. Inst. d. Us. & Hab. §. fin. in fin. Inst. per
quas perf. nob. acquir. Sive ut plurimum approbatione assum-
pti sint. arg. l. in rem actio, 23. in pr. ff. d. rei vindic. §. singu-
larum 11. cum seqq. usq; ad fin. Inst. de rerum Divis. juncta l.
jus Civile 6. ff. de Inst. & Jur. tum etiam in obligationibus sive
proficiscantur ex contractibus juris Gent. vel ijs qui juris Civilis
esse dicuntur, l. actionum 25. in pr. ff. de Obligat. & Act.
junct. §. sed jus quidem 2. in fin. Inst. de I. N. G. & C. Nec
obstat quod ex his ipsis causis juris Civilis Prator interdum se-
dare actionem velle pollicetur in suis edictis: Nam dum hoc fa-
cit, ad formulas agendi antiquas respectum habet, quas dabat
Prator in omnibus causis juris dicundi, tanquam viva vox legis,
ut rectè vocatur à Martiano JCTO in l. nam & ipsum, 8. ff. d.
just. & Jur. Cum nullum usum jura præ se ferant nisi in civitate
sint, qui juri dicundo præsent & jura regere possint, sunt verba
Pomponii in d. l. 2. §. post originem 3. ff. de Orig. Jur.

(c) Ex ijs quæ lit. b. allata sunt perspicuum est quæ sint
actiones Pratoriae, sive Honorariae, puta, quæ non ex aliqua spe-
cierum juris Civilis profluunt, sed autorem solum & unicum præ-
torem habent. Cum enim tanta sit negotiorum moles, & infi-
nitas, ut impossibile fuerit jure Civili ejusq; speciebus compre-
bendere

hendere omnes casus, omnia & singula rerum momenta atq; cir-
cumstantias, l. neq; leges 10. cum duab. seqq. ff. de LL. l. in
omni 2. ff. de jur. & fact. ign. l. si servum 91. §. sequitur 3. ff.
d. Verb. Obl. Hinc nec leges XII. Tabb. nec Plebiscita, nec
SCTA, nec Prudentum interpretationes huic infinitati rerum
potuerunt sufficere, sed Pratori, ut supra diximus, fuit permissum
pro re nata & rerum varietate sic postulante jus Civile ubi defi-
ciebat supplere, & ubi nimis rigidum animadvertebatur, equi-
tatis temperamento mitigare, l. jus autem 7. §. 1. ff. de iust. &
jur. Cujus rei vestigia passim extant in jure nostro §. cæterum
3. vers. mediæ Inst. de legit. agn. success. in pr. Inst. de SCTO
Tertyllian. & in pr. Inst. de bon. poss. inq; toto lib. 37. Di-
gestorum. Præter igitur actiones Civiles aliæ quam plurimæ
à Pratoribus Roman. sunt inventæ, idq; præstiterunt suis Edictis
per omnes actionum causas ac genera, Dominia, Possessiones ac
obligationes tam conventionales quam Delictorum privatorum,
quod longa serie monstrari posset si hujus esset loci.

IV.

Differunt Civiles actiones à Pratoriis ætate
potissimum: (a) Illæ sunt perpetuæ, (b) hæ verò
temporales sive annuæ.

(a) Supererat olim & alia differentia: Civiles diceban-
tur ordinariæ; Pratoriæ extraordinariæ, ejusq; vestigia multa
occurrunt in ff. & C. propterea quod Civiles habebant suas for-
mulas & ordinarium judicium, datis iudicibus à Pratore, qui
causam dirimebant ad præscriptum formula illius à Pratore da-
ta: Pratoriæ verò cum in subsidium darentur, cessante jure
Civili, extra ordinem veniebant quod apparet ex l. actio 47. §.
un. ff. de neg. gest. l. cum filiusfam. 17. ff. de rebus. cred. l. si
longius. 19. §. un. ff. de judic. & ex rubrica tit. de Interdict.
Et hinc respectu actionum juris Civilis etiam interdicta nomi-
nantur

nantur extraordinarie actiones; unde concepta est rubrica de interdicitis, siue extraordinariis actionibus que pro his competunt. Hinc etiam orta regula: qui communi auxilio & mero jure munitus est, non debet ei tribui extraordinarium auxilium, in l. in causæ 16. in pr. ff. de minor. & hac contemplatione vocantur & utilia judicia, & actiones d. l. si longius §. un. ff. d. jud. Postquam autem Constantinus Magnus actionum formulas & iudicium ordinarium sustulit t. t. C. d. form. & impetrat. subl. omnes actiones & omnia judicia facta sunt extra ordinaria §. ult. Inst. de Interd. Hodie verò de jure potissimum Cononico rursus coepit distingui inter ordinarium, & extra ordinarium siue summarium iudicium sed alia ratione, ut sit ordinarium in quo ordinarius processus siue procedendi modus servatur per omnes judiciales actus qui recensentur in famosissimo can. quoniam Extra de probat. Summarium verò in quo proceditur de simplici & plano sine strepitu iudicii extra ordinem illum d. cap. quoniam. præscriptum, cujus sedes est in Clemen. sæpè contingit de V. S.

(b) Id est vivunt atq; durant usq; ad decem, viginti & triginta annos, quaedam etiam non nisi quadraginta annis finiuntur: ad hunc enim annorum numerum perpetuitas illa redacta est ab Imperatoribus, in pr. Inst. de perpet. & temp. act. & t. t. C. de præscript. longi. temp. & t. t. C. de præscript. 30. vel 40. annor. cum tamen olim fuerit infinita & sine certo annorum numero, propter leges Civiles earumq; species unde erant nata, que peraq; in omne durabant ævum, quandiu legibus aliis non tolluntur novis, arg. l. ult. ff. de Const. princ. d. pr. Inst. de perpet. & temp. act. Jus Saxonicum vocat eas in vernacula nihilominus adhuc Ewig wehrende Klagen / ad imitationem vocis perpetue, & quod transeant ad heredes, die man / ut Saxo loquitur auch auff eines Erben Klagen mag / Gloss. german. Landrecht / lib. 2. artic. 17. in pr. num. 2. ex allegato loco in Inst. d. pr.

Prato-

(c) *Prætoris enim magistratus erat annuus d. pr. Instit.*
Quod igitur Prætor durante suo magistratu per annum consti-
tuerat, id successor non cogebatur retinere, sed nova dabat Edicta
pro lubitu & re nata, cum par in parem non haberet Imperium,
l. nam Magistratus 4. ff. de recept. arb. l. est receptum 14. ff.
de juridict. l. apud eum 14. ff. de manumiss. Sed cum Præto-
res hac sua potestate abuterentur, & licentiùs omnia statuerent;
facta sunt auctore Cornelio Sylla Edicta perpetua, & oportuit
unumquemq; postmodum eodem jure uti, quod ipse in alium sta-
tuerat, t. t. ff. quod quisq; juris. Saxoni in vernacula sunt an-
nuæ actiones vergengliche Klagen / quæq; cum reo simul intere-
unt nec ad hæredes eius transferuntur, Die mit dem Man vns
tergehen vnd verleschen / gloss. germ. Landrecht lib. 2. artic. 17.
d. n. 2. Notandum autem hoc loco, quod temporis tractu rursus
distingui cæperit inter prætorias actiones, quæ sunt rei persecu-
toria, id est, quibus jus nostrum vel in re nostra vel nobis debita
persequimur, & quæ sane rei persecutoria sunt, & tamen
contra jus Civile introductæ sunt, & quæ sunt pœnales, quæ
distinctio extat in l. in honorariis 35. in pr. ff. de Oblig.
& Act. Si quidem actiones prætorias, quæ persecutionem
rei nostræ continent nec tamen contra jus Civile consistunt, ean-
dem ætatem consecutæ sunt, quam habent actiones Civiles, tri-
ginta scilicet annorum potissimum; in effectu enim cum illis con-
veniunt & sunt favoris plenæ cum earundem adminiculo perse-
quamur, quod ex patrimonio nostro abest d. l. in honorariis 35
ne sc adversarius sive reus locupletetur cum nostro damno, quod
juri naturali reluctatur, l. jure naturæ. 206. ff. de R. I. Reliquæ
verò Prætorie pœnales quæq; contra jus Civile conceduntur, vi-
tam suam ultra annum non producunt; ambæ enim sunt odiosæ,
& sicut priores, nullo prorsus favore dignæ, arg. l. cum quidam
19. ff. de Liber. & Postum. c. odia de R. I. in sexto. In illa-
rum numero sunt pœnales omnes quæ ex propria Prætoris juris-
dictio-

ditione dependent, qualis est in eum, qui contra Edictum Praetoris alterum in jus vocavit sine impetrata venia l. pen. ff. d. in jus voc. qui jus dicenti non obtemperavit, l. 1. in fin. ff. si quis jus dic. non obt. His enim omnibus & si quae sunt aliae Praetor & hodie quilibet magistratus vindicat contumaciam eorum, qui, quod ille jubet, obire nolunt, & jurisdictionem & auctoritatem ejus violant. Sic qui hodie corrumpunt vel avellunt tabulas publice propositas, in quibus magistratus vel principis mandata exhibentur, simili modo puniuntur, ad imitationem eorum qui olim Album Praetoris corruperant, l. si quis id 7. ff. de Jurisd. In harum numero, quae inquam, contra jus Civile dantur, est actio rescissoria quam proponit Justinianus, in §. rursus 5. Inst. de Act. inq; t. t. ff. & C. ex quib. Caus. ma or. in integr. restit. Pœnales verò Praetoria annum antiquum retinuerunt, arg. l. sancimus 27. C. d. testam. nisi casibus duobus exceptis. 1. Si quid ex defuncti delicto quod pœnalem actionem suppeditat ad hæredes ejus pervenit; lucrum enim tale ab ijs extorquendum est, ut ait Jctus in d. l. in honorariis 35. in pr. ff. de Obl. & Act. ne dolo defuncti commodum illi sentiant, cum omnium sit absurdissimum malitiam cujusq; suam & heredibus ejus esse lucrosam, l. 1. pr. ff. de dol. mal. Sicuti enim pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere si quid ex ea re id est delicto ad illum pervenerit l. sicuti 38. ff. de R. I. 11. Si lis cum defuncto fuerit contestata, id est, si reus qui deliquit actoris libello responderit vel affirmando vel negando factum quod in actionem deductum est, l. pœnalia 16. 4. l. omnes 26. l. constitutionibus 33. ff. d. Obl. & Act. Nam hæc litis contestatio vim contractus habet, l. aliam causam 29. ff. d. novat. l. licet autem 3. §. idem scribit 11. ff. de pecul. l. de ætate 11. §. qui interrogatus 9. ff. de interrog. act. hæres igitur defuncti ex ea litis contestatione tanquam ex contractu obligatur, sicuti ex aliis omnibus ejusdem contractibus ad prestandum

dum id in quod defunctus, si supervixisset, condemnatus fuisset
l. ex contractibus 49. ff. de Obl. & Act. Usus data distin-
ctionis hodie quoque permagnus est, & ut diligenter perpendamus
quæ actiones sint perpetuæ, quæque temporales & in heredem tran-
seant, & quæ non. Firmiter enim etiam nunc statuendum, quæ
actiones à magistratu & non ab Imperatore sive Principe Impe-
rii pro modo negotii introducuntur novæ, si pœnales sunt, ultra
annum non debere extendi; Si verò rei persecutoria, rectè per-
petuis actionibus annumerentur. Excipimus tamen de jure Sa-
xon. actionem de Gerada & Rebus Expeditoriis, quæ licet sint
rei persecutoria, nihilominus ultra annum non vivunt à tem-
pore quo sciri mortuam vel mortuum esse eam eumve, quæ qui-
ve Gerada & rerum expeditoriarum me proximam cognatam
vel proximum agnatum reliquerat successorem, quod tenendum
& in victualibus petendis, germ. Mustheil/ & rebus mobilibus
vom Fahrnuß/ ita tamen ut annali illi tempori adyiciantur tres
quartardena, id est, sex septimana & tres dies. lib. 1. Landrecht
artic. 28. lib. 2. art. 44. & lib. 3. artic. 31. in fin. & ibi gloss.
In rebus verò immobilibus & juribus persequendis jus Saxoni-
cum triginta annos, annum & diem, dreissig Jahr / Jahr vnd
Tag/ eodem intellectu retinet Landrecht/ lib. 1. art. 29. junct.
gloss. & lib. 1. art. 38. & gloss. Weichbild art. 4. super verbo
Jahr vnd Tag.

V.

Secunda actionum divisio principalis est: (a)
Quod omnis actio vel in rem sit, (b) vel in perso-
nam, (c)

(a) Desumpta à materia sive objecto, quæ simul cum for-
ma actionum communicat: Nulla siquidem dari potest actio,
quæ alterutrum horum non contineat, nec hoc intellectu difficile
est; Cum enim actio sit tertium juris objectum; necesse est, ut
C vel

vel personam vel rem in iudicium deducat, super quibus contro-
vertitur. Et sanè de persona duplici modo; vel quatenus actio
statum eius concernit, & caput hominis triplex: liberum, Ci-
vile, & familiae t. t. Inst. de capit. dem. quæ actiones inde nate
peculiari appellatione præjudicia vel præjudiciales proprie dicun-
tur, §. præjudiciales 13. Inst. d. Act. & t. t. ff. de liber. caus.
Vel quatenus personam introducit nobis obligatam ad dandum
aliquid vel faciendum in pr. Inst. de Obligat. Quanquam si
rem acu tangere velimus, actiones præjudiciales cum quibus-
dam magni nominis interpretibus juris ad actiones in rem quàm
proximè accedere non absurde defendi possit, arg. t. d. t. ff. d li-
ber. caus. arg. l. 1. in pr. ff. de rei vindic. & d. §. præjudicia-
les 13. Inst. d. Act. De rebus verò controvertitur in iudicio
quatenus illæ nostræ sunt & dominio nostro subjectæ, nimirum
quoties ab alijs iniquè possidentur ut mox pluribus enucleabitur.

(b) Vocabulum rei hic intelligimus aliquanto strictius de
rebus, ut modo indigitavimus, quarum domini sumus, siue sint
mobiles, siue immobiles vel etiam incorporales, puta jura servi-
tutum, & si quæ sunt alia, §. omnium 1. & §. æq. 2. Inst. de
Act. & vocatur actio in rem, non quia personam quæ possidet il-
lam, obligatam habemus d. §. actionum 1. Inst. d. Act. sed quia
res quæ petitur nostra est, quamq; nobis invito alius detinet, ut
illa nobis restituatur auctoritate magistratus vel iudicis, l. acti-
onum 25. in pr. ff. d. Oblig. & Act. sub cuius jurisdictione
atq; territorio illa, si præsertim sit res immobilis, sita est, t. t. C.
ubi in rem act. & hinc vindicationis verbo hæc actio exprimi-
tur; quod per eam vindicemus & asseramus rem in possessionem
nostram ab iniquo detentore, §. appellamus 15. Inst. de Act. l.
1. §. fin. ff. de rei vindic. l. officium 9. ff. eod.

(c) Personam, ut modo lit. a. innuimus, oportet ac ne-
cesse est nobis esse obligatam, ut hæc actio locum habeat, d. l. acti-
onum

onum 25. in pr. ff. de Obl. & Act. d. §. appellamus 15. Inst. de Act. hinc Ictus in l. obligationum 3. in pr. ff. de Obl. & Act. perquam eleganter ait, obligationum, unde actio in personam est, substantia non in eo consistit, ut corpus aliquod nostrum vel servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum vel faciendum. Persona igitur contrahens vel delinquens obligatur, non res, non bona ejus; in personam igitur danda haec actio, cum obligatio offibus persone inhaerere vulgò rectè dicatur, & corpus perpetuo comitari, non aliter ac ludente Zafio, lepra leprosum. Appellantur autem haec actiones & conditiones propterea quod obligatus solebat olim apud Romanos moneri, denunciato die, quo aut solvendum, aut in iudicio sistendum illi esset, Theoph in paraphrasi ad d. §. appellamus. 15. Inst. de Act.

VI.

Differunt igitur inter se vindicatio & Conditio appellatione, (a) causa efficiente (b) forma (c) fine & effectum. (d)

(a) Ut patet supra ex th. s. lit. b. c.

(b) Causam efficientem intelligimus proximam, quae in actionibus in rem est dominium, in personam obligatio; prius probatur d. l. officium 9. l. in rem actio. 23. in pr. ff. de rei vindic. d. §. actionum 1. Inst. de Act. d. l. obligationum 3. in pr. ff. de Obl. & Act. l. fin. C. de rei vindic. Posterius d. l. 3. pr. d. §. 1. Inst. de act. d. §. appellamus 15. Inst. eod. Quantum igitur dominium differt ab obligatione, tantum discriminis intercedit inter vindicationem & conditionem.

(c) Hinc in actionibus in rem utimur pronominiibus, nostrum, meum, tuum, suum, ut nobis scilicet res nostra, mea, tua, sua restituatur, d. l. officium 9. d. l. obligationum 3. pr.

C 2

l. non

l. non ut ex pluribus 159. ff. d. R. I. Sunt enim hæc voces indica-
tivæ Domini, l. suos 73. in pr. ff. de Legat. 3. l. solum 49.
§. 1. ff. de Rei vind. Contra in actionibus in personam siue con-
ditionibus audiuntur perpetuo hæc pronomina, mihi, tibi, no-
bis, vobis, in pr. Inst. de Act. d. l. obligationum 3. pr. & l. 1.
per tot. ff. de Oblig. & Act. d. l. non ut ex pluribus 159. ut
quibus ostendimus rem alienam (non nostram) nobis vel mihi de-
beri tradi, dari, vel aliquid nobis, mihi, &c. fieri dd. II. Sicut
enim de domo nostra non dicimus, quod nobis sit debita; nisi forte
videamur per somnum aut febrim aliena loqui, ut est in l. ob
quæ vitia 4. §. sed si vitium 1 ff. d. Edil. Edict. ita vicissim,
stultissimus omnium foret, qui de domo sibi debita ex empto for-
tassis, vel alio contractu, pronunciarer quod sit sua: Fieri enim
per rerum naturam non potest, ut nostrum dicatur quod nobis
tantum ab alio debetur, & in quo nullum dum traditione vel
usucapione dominium consecuti sumus, l. traditionibus 20 C. de
Pactis. Sed personam tantum domini nobis obstrictam no vimus.
d. l. obligationum 3. pr. ff. de Oblig. & Act. Veteres hoc
idem observabant in suis formulis; imo per rerum naturam nul-
la suppetebat alia ratio suum sibiq; debitum petendi, quam his ac
similibus verbis. Formula vindicationum erat antiquissima:
Fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est, eum ego
ex jure manu consertum voco; Adversus quam Reus tuebatur
se se hæc contraria: Unde tu me ex jure manu consertum vocas;
inde ego te revoco; phrasi loquendi tracta à re militari ad judi-
cialem: Sicut enim hostis cum hoste manum conserit; ita liti-
gatores in judicys quoq; verbis quasi digladiando disceptant.
Quam loquendi consuetudinem & vernacula Germanorum se-
cuta est verbis: Für Gericht streiten / streitige Güter / Krieg
rechtens / Kriegsbefestigung / postea vero contractiori formula
usi sunt Romani, hoc modo; Hanc ego rem ex jure Quiritum me-
am esse ajo; Respondebat Reus: At ego eam contra vindico.
Quo

Quo respexisse videtur Justinianus §. omnium 1. Inst. de Act. veluti (inquiens) si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet; possessor autem dominum ejus se esse dicat. Vestigia veteris hujus formulae extant, in l. 1. §. per hanc autem 2. ff. de rei vind. Et noti sunt ex Cic. pro Murena versus Ennii :

Non ex jure manu confertum sed magis ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.

Formula vero actionum in personam haec erat; Ajo te mihi dare oportere; vel ajo te mihi facere oportere. Ad quam aq. alludit Justinianus in d. §. omnium 1. Inst. d. Act. quando ait: prodat sunt actiones in personam, per quas intendit (actor) adversarium ei dare aut facere oportere, junctâ l. saepe comparatum 53. ff. de V. S. Sed Reus in actione personali uno respondebat verbo; Ajo, vel, Nego. Interdum etiam neq. Ajo, neq. Nego, quod patet ex antiquis literis N. A. N. veteres enim tritissimas hasce formulas solis initialibus notabant literis de quibus vide doctiss. Briffon. in Term. Rom. solennibus. Sed haec responsio quia satis erat captiosa & actori periculosa, rejecta prorsus fuit, retentâ vel sola & simplici affirmativa, vel pura & absq. conditionibus adjecta negativa Rei: id quod in bene constitutis judiciis etiamnum in contestatione litis ad amussim & quidem sub poena retardati processus reis observandum precipitur.

(d) Finis utriusq. satis est distinctus: vindicatio namq. succumbente Reo possessionem cum dominio rei litigiosa consolidat, quae antea erant apud diversos, siquidem adjudicata restitutio cum effectu accipienda est, d. l. officium 9. pr. ff. de rei vindic. l. praeterea 20. ff. eod. & plenarie cum omni causa, quod vulgò pronunciant cum fructibus perceptis & percipiendis, l. non solum 13. ff. de rei vind. & d. l. praeterea 20. restituere enim is videtur, qui id restituit quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset, l. restituere 75. l. fin. §. 1. ff. de verb.

verb sign. Condictio verò efficit ut dando quod antea non habui
nec ejus antea dominus fui, vel faciendo liberatur Reus ab omni
obligatione qua mihi obstrictus erat d. §. omnium 1. Inst & Act.
Quamvis si finem ab effectu distinguas accuratius & λογικώτε-
ρος, non repugnem, ut finis sit rei vindicationis condemnatio ad
rem restituendam: effectus consolidatio possessionis cum domi-
nio; condictio finis condemnatio rei ad dandum vel facien-
dum: effectus ab obligatione liberatio.

VII.

Tertia Divisio principalis est (a) actionum in
bonæ fidei (b) & stricti juris. (c)

(a) Permagis refert tum in theoria tum in praxi scire &
accuratè perspectam habere hanc actionum divisionem, quæ de-
sumta est ab earum proprio & inseparabili accidente, quod hau-
riunt ex natura negotij bonæ fidei vel stricti juris actiones sup-
pediantis, minimè verò ex veteribus agendi formulis ut qui-
dam perperam & contra rationem juris opinantur. Cum enim
ipsis negotijs adhuc inhereat hæc qualitas; Ecur ab actionibus
ac judicijs inde deductis eam auferamus? Vulgò Dialecticis no-
tum est: qualis causa talis effectus; & effectus testatur de sua
causa: quod axioma cum primis suas vires exerit in vestiganda
origine actionum bonæ fidei & stricti juris, ut mox patebit lit. b.
& c. Quod autem alij distinctionem hanc ea propter exagitant,
quasi multis retro seculis à jurisprudentia recesserit, adducentes
pro se textum in l. bonam fidem 4 C. de oblig & act. suavis
sunt ad ridendum materia, ut Cujacius aliquando loquitur, non
animadvertentes bonam fidem in d. l. 4. nequaquam opponi
stricto juri, ut fit in hac divisione, sed male fidei, & dolo, ut o-
mnem excludat malitiam ac fraudem, nihil minus verò quam
strictum jus, in ijs præsertim contractibus, qui sunt & dicuntur
etiam nunc rectè stricti juris esse, qui sint mox in lit. c. pro-
dibunt.

(b) Est

(b) Est actio bonæ fidei, in qua iudex missa stricta iuris
ratione ex æquo & bono secundum naturam negotij, quid alteri
litigantium ab altero præstandum sit, iudicat & arbitratur, pro-
batur hæc definitio, §. in bonæ fidei 30. & §. pen. Inst. de Act.
l. si quis absentis 2. ff. de neg. gest. l. si quis absentis 5. in pr. &
§. tutelæ 1. junctâ l. 2. §. fin. ff. de Oblig. & Act. Quæ igitur
negotia sunt bonæ fidei ab ijs solis etiam dependent actiones bonæ
fidei, non ab alijs; dd. II. At qui talia sunt in quibus occurrit
mutua & ultro citroq. obligatio, quam interpretes Græci Balsomon,
Thalelaus, & Basilica eleganter reddiderunt δῖωλευρον.
Sunt enim ἀνὺς ἑξ ἑποῦτα in jure nostro hæc duo perpetuò nego-
tium ultro citroq. obligatorium, seu quod idem est; bonæ fidei &
actio bonæ fidei, sive petitio mutua quod inductione & longa se-
rie omnium locorum qui de bonæ fidei contractibus & actionibus
concepti sunt, probari potest, l. in bonæ fidei 36. ff. de pecul.
junct. §. fuerat 29. & §. actionum 28. Inst. de Act. l. si pater
76. in fin. ff. de jur. dot. l. debitor 40. §. fin. ff. de pign. act.
l. si necessarias 8. in pr. ff. eod. l. quæro 54. in pr. ff. locati. l.
quod si nolit 31. §. quia assiduæ 20. ff. de Ædil. Edict. l. Lu-
cius 24. ff. depositi. l. 1. in pr. & §. 1. ff. de Usur. d. l. si quis
absentis 2. ff. de neg. gest. l. si quis absentis 5. in pr. & §. 1.
d. l. 2. in fin. ff. de Oblig. & Act. Quod autem sola hæc nego-
tia & contractus, quæ sunt δῖωλευρον, sint bonæ fidei, & pariant
etiam actiones bonæ fidei, illud inde est, quia sicuti quod tibi vis
fieri, idem etiam alteri debes facere, & quod tibi non vis fieri,
nec alteri faciendum est, l. 1. in pr. ff. quod quisq. juris, &c.
ita etiam, quia in ejusmodi contractibus ac negotijs alter alte-
rum mutuo obligat, fieri aliter nequit, quam ut ambo pendeant
à bona fide, & alter de altero concipiat spem optimam, fore ut
uterq. sit facturus boni viri officium, & alter alteri cupiat quod
ipsi sibi maximè sit exoptatissimum, adeò quidem, ut etiam illud
videantur inclusisse, de quo inter contrahendum nunquam cogi-
tarunt,

tarunt, dummodo secundum unius cuiusque loci mores & consuetudinem natura negotij ita ferat atque postulat d. l. quod si nolit 21. §. quia assidua 20. ff. de Ædil. Ed. et. d. l. 1. in pr. ff. de Usur. & l. in contraria 37. ff. eod. aut ex bono & equo alterum alteri prestari quid oporteat, d. §. in bon. fid. 30. & §. pen. Inst. de Act. Et hoc vidit in hisce negotijs multis retro seculis gravissimus Jurisconsultus Q. Mucius Scaevola, quem Cic. 3. off. introducit de bonæ fidei actionibus (quæ olim arbitræ vocabantur propter iudicis in ijs liberrimum arbitrium, arg. §. omnium 1. Inst. de Act.) sic sentientem, nimirum summam vim esse in omnibus arbitræ ijs, in quibus ageretur ex fide bona, fideique bona nomen manare latissime idque versari in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur. In his magni est iudicis statuere præsertim cum in plerisque sint iudicia contraria, quid, quemque cuique prestare oporteret. Et hoc Cic. in Topicis repetit, quando ait: In omnibus igitur ijs iudicijs, in quibus ex fide bona est additum; ubi vero etiam ut inter bonos bene agi oportet, imprimisque in arbitrio rei uxoriæ, in quo est, quid æquius melius, parati esse debent. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum, illi quid socium socio, quid eum, qui negotia aliena curasset, ei, cuius ea negotia fuissent, quid eum qui mandasset, eumve cui mandatum esset alterum alteri prestare oporteret: quid virum uxori, quid uxorem viro, tradiderunt.

(c) Stricti juris actio opponitur è diametro superiori bonæ fidei. Est enim, in qua iudex non ex æquo & bono, sed secundum rigorem juris in negotijs stricti juris procedit atque iudicat. Probatur hæc definitio omnibus ijs locis, in quibus bona fides & æquitas à stricto jure sejungitur, l. quia tantundem 7. ff. de negot. gest. l. sed mihi 3. §. in hac actione 2. ff. commod. l. si fidejussor 29. §. quædam tamen 4. ff. mandati. junct. l. prospexit 13. §. ipsa igitur ff. qui & à quibus manum, l. furti 6. per-
tusve

tusve 3. ff. de his qui not. infam. l. bona fides 37. in pr. ff. de pos.
In primis autem notandus est text. in l. un. §. etsi non ignora-
mus 2. C. de rei ux. act. *Quare quæ negotia & contractus sunt
stricti juris; ex ijs etiam producuntur actiones strictæ, cuiusmodi
sunt omnes contractus ex una tantum parte obligatorij, & gratis
dicuntur; μονόωλευροι, v. g. mutuum, l. si tibi 17. in pr. ff. de pact.
l. rogasti. 11. §. si tibi dedero 1. ff. de reb. cred. Stipulatio
d. l. un. §. 2. C. de rei ux. act. l. quicquid 99. pr. ff. de Verb.
Obl. Fidejussio l. blanditiij 12. C. de fidejuss. §. fin. Inst. eod.
l. Græce 8. §. illud commune 7. ff. d. t. de fidejuss. Promu-
tuum, §. item 15. 6. Inst. quibus mod. toll. oblig. l. quod in-
debitum 7. l. in summa 65. §. in frumento 6. ff. de condict.
indeb. Et reliquæ conditiones ob causam dati causa non secuta,
t. t. ff. de condict. ob caus. cum tir. seqq. Unde factum ut in
hiscæ causis Pretores in foro antiquo formulas ad iudices datos
his uterentur, si parerent tantam pecuniam dari oportere, cum ju-
dex tanta pecunia condemnato. Cic. in orat. pro Roscio. adde
Barn. Briffon. in supr. alleg. loco. Notandum autem, quod
actiones stricti juris sint duplices, quedam enim proprie tales
sunt & à sua natura non recedunt, quedam sunt arbitrariæ, eaq;
deflectunt à suo rigore & arbitrio Pretoris, unde nomen habent,
subijciuntur. l. in bonæ fidei 7. ff. de eo quod cert. loc. §. præ-
terea. 31. Inst. de Act. Illis datur locus, quoties agitur ad red-
dendum simplex mutuum. d. l. si tibi. 17. ff. de pact. d. l. ro-
gasti 11. §. Si tibi dedero 1. ff. de reb. cred. & id quod per sti-
pulationem intervenientem promissum est, absq; ulla circum-
stantia, quæ vel diminuat, vel quod promissum est, augeat d. l.
quicquid 99. pr. His verò, si v. g. mutuo reddendo certus erit
adjectus locus vel tempus, quo solutio fiat, & illud tempus vel
locus à Reo sit neglectus; tunc quanti interest actoris in tempore
vel loco destinato solutionem factam esse ultra summam debitam*

D

Reus

Reus in plus condemnatur, quantum iudex arbitrabitur, d. §. præ-
terea & d. l. 7. Unde patet stricti juris actiones ex accidenti non
raro fieri arbitrarias dd. 11. Sic in rei vindicationibus quæ per-
aque sui natura sunt stricti juris, cum nullum in illis proprie ap-
pareat negotium mutuum sive διὰ δέουρον, verum cum possessores
rerum nostrarum plerumq; versentur in mora restituendi, quæ
mora non minus eorundem conditionem graviolem & petiti-
nem auctiorem reddit propter fructus perceptos; Hinc vindica-
tiones rectè quoq; adscribuntur illis arbitrarijs, d. §. præterea
31. Inst. de act. l. non solum 13. l. præterea 20. ff. de rei vind.
Atq; ex his jam nullo negotio differentia colligi possunt inter
utramq; & bonæ fidei & stricti juris actionem hoc solum modo
adjecto, quod de arbitrarijs jam jam diximus. Nam ne quis ex-
istimet bonæ fidei actiones & arbitrarias propter iudicis arbitri-
um jam concurrere & unam classem constituere, sciendum est,
eas à se invicem nihilominus maxime discrepare. Nam bonæ fi-
dei actiones naturâ tales sunt, ut probavimus supr. lit. b. arbit-
raria verò ex accidenti iudici arbitrium ex æquo & bono elici-
unt, d. §. præterea 31. junct. l. 7. ff. de eo quod cert. loc. Qui-
bus addimus & pœnales vel sint Civiles vel prætorie, cum ex
circumstantijs vel asperande vel temperande sunt pœna, d. §.
præterea junct. l. absent. s. pr. l. pen. ff. de pœn. l. Pedius
4. §. Divus I. in fin. ff. de Incend. ruin. naufrag.

VIII.

Quarta denique primaria actionum divisio
in eo consistit, ut quædam dicantur directæ, quæ-
dam utiles, quædam contrariæ.

Vox directi etiam in hac presente materia varijs modis
accipi-

accipitur, ex quo opponi solet actionibus Utilibus vel actionibus
contrarijs. I. Directa actio ea est quaecumq; ex Lege vel Edicto
aliquo descendit, & apparet statim vel ex ipsis verbis legis, Se-
natus consulti, Constitutionis & Edicti; vel intellectu eorum,
aperto; illud enim directo ex Lege vel Edicto manare dicitur,
quod vel dictum vel sententia suadet, l. nominis 6. §. 1. ff. de
verb. sign. cum Leges scire non sit verba solum tenere sed vim
ac potestatem, l. scire 17. ff. d. LL. v. gr. Lex Aquilia hisce
verbis concepta est; qui servum servamve alienum alienamve,
quadrupedem vel pecudem injuriâ occiderit, quanti id in eo an-
no plurimi fuit, tantum as dare domino damnas esto. l. 2. in pr.
ff. ad L. Aquil. Quare qui ipse servum manu sua occidit vel
corpore suo damnum dedit, ad versus eum datur actio directa:
hoc enim volunt & verba & sententia legis, §. fin. Inst. de Leg.
Aq. Sed quid si quis non suo ipsius corpore laeserit, sed hominem
alienum aut pecus ita incluserit ut fame necaretur, aut jumen-
tum alienum adeo vehementer egerit, ut rumperetur, certè
quia & verba & sententia legis hic deficiunt, commodè inter-
pretatio ex equo & bono quaerenda est, ex qua is qui in conse-
quentiam interfecit servum vel pecus alterius, non minus quam
si manu sua occiderit, damnum resarcire jubeatur. d. §. fin. d. t.
nimirum interpretatio nititur hac juris ratione, quod is necare
dicitur, qui alimenta alicui subtrahit, l. necare 4. ff. d. agnosc.
& alend. lib. l. quem admodum 29. §. pen. ff. ad L. Aq. quodq;
ei lata sit culpa, qui supra modum jumentum alienum ad necem
usq; agit contra officium boni patrisfam. & ut roq; casu magis
causa mortis prebita est, quam ut occidisse is dicatur, l. item si
obstetrix 9. in pr. ff. ad L. Aq. Cum igitur hac ratione lex ipsa
deficiat, & hinc directa actio, ad Utilem decurrendum erat, d.
§. fin. Inst. d. t. II. Actio directa dari dicitur 1. ei qui do-
minus est verus rei, quam alius injustè possidet, sive jure Gent.

D 2

sive

sive jure Civ. dominium adquisierit, l. in rem actio 23. in pr. ff. derei. vind. dum enim plenum dominium hoc est, proprietatem & usumfructum se in re habere testatur, arg. l. si duobus 2. in pr. Consequens est in solidum eum dominum esse, & hinc actionem directam adversus possidentem instituere posse, d. l. 23. & l. fin. C. eod. Aliud est, si quis, v. g. fundum vectigalem vel Emphyteuticum, vel superficiarium, vel denique feudalem habeat, quorum omnium proprietas ad alium, puta Civitatem, t. t. ff. Si ager vectig. pet. proprietarium fundi Emphyteutici, t. t. C. de jur. Emph. fundi superficiarij l. in speciali 73. cum duab. seqq. Sive dominum feudi c. un. §. rei autem de investit. de re alien. fact. lib. 2. feud. tit. 8. spectat. His enim, si rem quocumque modo amittant, eamque rursus vindicare velint, a detentore, quia proprietatem & sic dominium verum non habent, Concessum est ex aequo & bono, ne locupletentur alij cum alterius damno, ut utilem vindicationem instituunt dd. tit. & II. & ita comparatum quoque est in quibusdam actionibus quae ex contractibus oriuntur, quod monstratur exemplo l. filiusfam. 9. ff. de Obl. & Act. Fingamus, filiumfam. dedisse Titio de suo peculio pecuniam mutuo, cessante debitore reddere eandem, filiusfam. nullam habet actionem, sed pater ejus, d. l. 9. nam quicquid is acquirit, id non sibi, sed parenti acquirit, §. igitur liberi 1. Inst. per quas pers. nob. acquir. ut neque momento aliquo subsistat in persona ejus, l. placet 79. ff. de acquir. serv. patri igitur datur directa actio adversus debitorem filijfam. d. l. 9. Sed quid si pater absit, & filiusfam. forte studiorum causa alibi degens mutuum alteri dederit: Respondet JCrus in l. longius 19. §. si filiusfam. 1. ff. de jud. eum utili judicio debitum persequi posse, ne dum pater expectatur, perdat pecuniam, d. l. 19. junct. l. cum filiusfam. 17. ff. de reb. cred. Sic qui nostro nomine cum alio contraxit, consequitur actionem directam; Ego vero utilem cessione: Sic

Sicututores contrahunt nomine pupilli, derivantes in se directam actionem, utilem relinquentes pupillo, l. 2. 3. 4. ff. rem pupill. salv. for. l. 2. C. de magistrat. conven. Interdum tamen utilis actio dicitur in factum, l. in factum 13. ff. de Obl. & Act. d. l. item si obstetrix. 9. pr. ff. ad L. Aq. d. l. quemadmodum 29. §. pen. ff. eod. idem extra ordinaria d. l. si filiusfam. 17. ff. de Obl. & Act. ut supra th. 2. notatum est. III. Actio directa demum aliquando in quibusdam negotijs propterea directa dicitur, non quod utilem, sed quod sibi oppositam habeat, quæ contraria vocatur & cernitur hæc actionum qualitas in solis negotijs bonæ fidei sive ultro citroq. obligatorijs, nec refert sint vel contractus veri vel quasi; in quibus directa semper concernit negotium vel causam principalem; Contraria verò minus principalem & adherentem. Exempla sunt ὁμοῖοι τῶν παλαιῶν ἐλεμῶν τῶν Ex Contractibus veris offert se se commodatum, in eo principaliter queritur, ut commodatum suo tempore in eadem bonitate, qua datum est, restituatur; & hinc actio directa: Quid verò si commodatarius bonâ fide sumptus impenderit in rem commodatam ex quibus ea conservata vel melior facta fuisset, eos autem refundere ipsi nollet Commodans? æquum est omnino, ut commodatario reliquum sit remedium ad repetendas impensas utiliter factas, & hæc appellatur actio contraria; sunt enim impense petite minus principalis causa ob quas illa datur, sic dicta, quod ut ait Justinianus in §. igitur cum quis 1. Inst. de Oblig. quæ quas ex contr. Contra detur t. t. ff. commod. Hinc Ictus in l. in rebus 18. §. possunt 2. ff. d. tit. eleganter ait: possunt justæ causæ intervenire, ex quibus cum eo, qui commo- dasset, agi deberet, veluti de impensis in valetudinem servi factis, quæq. post fugam requirendi, reducendiq. ejus causa factæ essent. Nam cibarium impense, naturali scilicet ratione, ad eum pertinent, qui utendum accepisset, &c. prodit autem

utramq; actionem statim in frontispicio tituli ipsa rubrica in ff. Commod. vel contra. Et quod de commodati actione directa & contraria diximus, hoc idem etiam locum habet in pignore hinc rubrica; de pignoratitia actione, vel contra; in deposito; hinc rubrica: Depositi vel contra. Ex quasi contractibus vel improprijs offertur Negotium absentis gestum ab amico, t. t. ff. & C. de neg. gest. Principalis in eo causa est, ut recte curatum & expeditum sit negotium ultro susceptum; Competit igitur domum revertenti domino, si quid perperam gestum deprehendatur, actio negotiorum gestorum directa; Contra, si sumptus fecerit gestor vel damnum senserit ex ipsa gestione, actione contraria, illud recte persequitur ad refundendos sumptus vel resarciendum damnum, d. §. igitur cum absentis 1. in pr. Inst. d. Obl. quæ q. ex contr. t. t. ff. d. neg. gest. De cæteris improprijs contractibus idem est iudicium, hereditatis adita, tutela, Curatela, & c. Inst. d. tit. Quamquam ut hoc obiter adspargam, Anton. Faber. in additione ad suum Cod. Fabrian. in calce operis recte moncat, hunc titulum de neg. gest. hodie parum frequentari adscribens hanc infrequentiam refrigeranti hominum charitati, qua gentiles olim longè superant hodiernos (pro dolor) Christianos! Differentia harum actionum ex jam dictis in aprico sunt. Et hæc sunt præcipua actionum divisiones, quæque ^{ubi} uberiorem desiderant; reliqua si quæ sunt ea vel ex his dependent, vel se ipsas sine difficultate ostendunt, in tit. Inst. de action.

IX.

Porro in libellis (a) formandis (b) exprimenda est actionum quidem in rem causa proxima (c) in personam, remota. (d)

(a) Est

(a) *Est libellus scriptura actoris intentionem continens; sic eam qualicunq; modo describere placet ex §. fin minus 34. Inst. de Act. c. fin. Extra de Oblat. lib. & quidem à potiori, quoties enim ordinariè proceditur, libellus in scriptis offerendus est, auth. offeratur C. de lit. contest. & c. 1. Extra de libell. oblat. Ferrar. in form. act. real. §. ad evidentiam n. 6. 9. & 10. In terris Saxonis laudatissimi cum primis Electoratus libellus in scriptis non offertur principaliter, sed ad calamum dictatur, juxta Const. 1. part. 1. nisi fortassis in eum finem ut inde citatio rectè formari & in tempore ad Rei notitiam pervenire possit, sicut in gravissimo Curiae supremae Judicio & alijs bene constitutis fieri consuevit. In causis autem summarijs scriptura non desideratur ad proponendam actionem, sed apud acta oretenus profertur, Clem. saepe de verb. Sig. Lanfranc. de Orian. in prax. cap. 5. de petit. n. ij.*

(b) *Quomodo libellus formandus sit, & quae sint libelli legalis requisita, hoc distichon vulgare manifestat :*

*Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo,
Rectè compositus quisq; libellus habet.*

Quae numero quinque, nimirum nomen actoris, res qua petitur, iudicis in eo mentio, causa petendi, & deniq; nomen Rei, formam internam libelli nobis exhibent; externa verò forma est, ut in terris Imperij juxta ordinationem Camerae Spirensis includatur certis articulis, & hinc libellus articulatus appellatur: De jure verò Saxon. Continua facti narratio requiritur, ut si seorsus fiat, is à iudicio ex officio rejciatur, Const. Elect. 2. part. 1. quamvis, si rem acutangas, res ferè ad idem recidat, quando Reum oportet singula membra libelli à se accurate distinguere, & singulariter singulis respondere in litis contestatione. Const. Elect. part. 1.

Hec

(c) *Hec est dominium vel quasi dominium, ut modo in t. b. §. lit. b. notatum est. Remota igitur est causa vel titulus dominij sive ea sit ex jure Gent. ut: occupatio, accessio, specificatio, & traditio §. singulorum. ij. cum reliqq. seqq. usq. ad fin. tit. Inst. de rer. div. sive ex jure Civili, ut Usucapio, donatio, successio eaq. vel ex testamento, vel ab intestato. Sufficit igitur si in libello pro medio concludendi ponatur actorem jure dominij vel quasi petere, sibiq. restitui debere d. l. officium §. l. in rem actio 23. pr. ff. d. rei vind. Videatur pluribus Iason, in l. 1. C. de edend. focinus de libell. obl. c. 3. n. 48. Gail. 1. obs. 61. n. 5. & Donell. in l. edita 3. n. 8. C. d. t.*

(d) *Hec est contractus vel negotium, unde obligatio de ducitur, & hinc actio. Actioni igitur propior est instans, matris juxta Accurs. obligatio; Contractus vero remotior. Ex contractibus enim oriuntur obligationes t. t. Inst. de obligat. & l. obligationum 3. pr. ff. de Oblig. & Act. Quare ineptè formaretur libellus: peto Titium condemnari mihi ad hoc vel illud dandum, faciendum, quia mihi obligatus est, sed potius contractus allegandus est hoc modo: Quia commodavi Titio rem meam ad octiduum, quo elapso mihi noluit eam restituere, peto eum condemnari ad restituendum: vel quia emi vendidi ab illo, quia locavi conduxim, quia societatem inivi cum Titio, quia mei absentis negotium gessit &c.*

X.

Quin & cumulari (a) possunt duæ vel plures actiones in uno libello, ut si hâc non obtineat actor, alterâ quod vult consequatur (b)


(a) *Differt maxime concursus actionum à cumulatione, Concursus est actionum duarum vel plurium ex una re adversus*

versus unum eundemq; competentium pluralitas l. si servus
108 §. cum 2. ff. de Leg. 1. §. fin. Inst. quod cum eo qui in alter.
potest, l. si mulier 21. §. fin. ff. quod metus caus. ut laxior sit
agendi facultas, l. cum filius 76. §. varijs 8. ff. de leg. 2. optimam
autem ex pluribus eligit actor ad suum commodum d. §. fin. plu-
rib. enim quam unâ experiri nemo potest l. nemo 43. §. 1. ff. d.
Reg. Jur. Cum bona fides non patiatur ut bis idem exigatur l. bo-
na 57. ff. eod. sed solutio semel facta tollit omnem obligationem,
in pr. Inst. quib. mod. toll. obl. Ita ut improbus dicatur, qui ve-
lit iterum consequi quod accepit l. si quis dolo 51. §. 1. ff. de Re
jud. v. gr. cui quid legatum est à testatore, ad hoc ab herede pe-
tendum tres legatario competunt actiones, actio in personam ex
testamento, rei vindicatio, & hypothecaria; §. sed olim 2. in
fin. Inst. de Legat. potest igitur legatarius pinguisimam elige-
re, & tunc ad agendum procedere, d. §. fin. Inst. quod cum eo
qui in alt. potest. junctâ l. qui in alterius 42. in fin. ff. de R.
Jur. qua electa, non datur regressus ipsi ad aliam d. l. si mulier
21. §. fin. ff. quod met. caus. & d. l. nemo §. 1. ff. d. R. jur.
Cumulatio vero actionum est copulatio duarum vel plurium in
uno eodemq; libello, & usui est, quoties dubito, utrum una suf-
ficere mihi possit ad consequendum id quod volo & ne excidam
petitis, qua de mor. pluribus.

(b) Hic est enim potissimus finis cumulationis, quem
etiam commendat Fctus in l. 1. §. quia autem 4. ff. quod lega-
tor. quoties, inquiens, incertum est, qua potius actio teneat,
duas dicimus, protestati ex altera nos velle consequi, quod nos
contingit. Ex quo textu solidissimè refutatur opinio statuen-
tium cumulationem actionum de jure Digestorum prorsus esse
incognitam, in quo magnopere laborat Georg. Obrechtus in dispu-
tatione

ratione quam scripsit de concursu actionum, sed saxum voluit
propter, d. l. 1. §. 4. vide pro nostra sentent. & Andr. Gail,
lib. 1. observ. 62. num. 5. & Modest. Pist. Consil. 27. num.
18. cum seqq. Wesenb. in addit. ad Schneidevv. in §. sed
istæ 3. Inst. de Act. Sed & plures de diversis negotys conceptæ
actiones cumulantur de jure Digestorum, ut est in l.
si idem 11. in pr. ff. de iurisdic.

F I N I S.






X2615935

Von





B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICA

1624

21

INIBUS

NERE.

fici Dn. Ordini-
senioris & reliquorum
JCTORUM Facul-
tati.


IDIO

I SCHMUCCII
delectarum ibidem,

est

ÜNTZELIUS
S I S.

April, horis matutinis,



GI LIGERI.

C. XXIV.

7.